



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Facultas R. P. Provincialis Societatis Iesu in Provincia Toletana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

LECTORI BENEVOLO.

nes per summam calumniam Jesuitis affixas, neque alias ex variis Authoribus jure defensionis excerptas, & traductas. Hunc autem fuisse Opusculi scopum, & exitum, satis comprobatur præfatio Amadæi ad Lectorem, & rigorosum libri examen, auctoritate Apostolica, viris doctissimis commissum. Quo diligenter præmissis, anno 1665. & 1666. Simplicioribus, quas ut scandalosas damnavit, & prohibuit, unam super viginti, ex præfatione opusculo eas referente, deprompsit. Quarum vix una Jesuitam patronum agnorat, ut constat ex ipso, ubi suis restituuntur Authoribus; & ex supplici ejusdem Amadæi bello ad Eminent. Cardinales & Sacre Congregationis Indicis integerrimos judices, novam opusculi editionem ab ipsis recens confixi, exorantis, ut opinionibus, quas ex aliis refert, suum omnibus, prout desideratur, (ne indocti in aliqua offendant) judicium adjungat. Et nisi mea me fallit spes, res pro votis succedet, & feliciori exitu. Quare, sine Dario, clarus Alexander. Interim verò, dum opus prælo paratur, ex questionibus, quas Amadæus historicè tantum, prout ad suam causam agebat, tetigit, in has dissertationes, eas solum derivabo, vel in compendium radactas attingam, quæ venenole morbi sui paratum antidotum exigunt. Ne (ut ait Cyprianus lib. uni. ad Demetr.) diffidens incipiat, quod tacemus, & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agere. VALE.

Formalia Authorum verba, duplici asterisco, ** continentur.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS Iesu in Provincia Toletana.

Genefius de la Puente, Societatis Iesu in Provincia Toletana Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi facta à Reverendo Admodum Patre nostro Paulo de Olvera Præposito Generali, facultatem facio, ut liber inscriptus: Selectæ Quæstiones ex præcipuis Theologiæ Moralis Tractatibus, P. Matthæi de Moya nostræ Societatis Theologi, & ejusdem Societatis grativum, Doctorumque hominum judicio approbatus, Typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Matrui in nostro Imperiali Collegio, die 3. Maii anno Domini 1669.

Genefius de la Puente.

CENSURA REVERENDISSIMI PATRIS JOANNIS ANTONII VELAZQUEZ Societatis Iesu, in Castellana Provincia semel, & iterum Provincialis: & in Regno Salmanticensi Collegio quondam sacrarum litterarum interpretis, & nunc pro cæteru Immaculatæ Conceptionis B. Virginis à Rege Philippo Quarto, & à Carolo Secundo deputati.

LIBRVM, cui titulus: *Selectæ quæstiones ex præcipuis Theologiæ moralis tractatibus Authoris P. Matthæi de Moya Societatis IESU, olim in Collegio Complutensi Sacra Theologiae scholasticæ Professore*, ex commissione D. D. Don Francisco Forteza, Toletanæ Diocesis Vicario Generali, cui id juris est, ad censendum traditum accuratè legi, & attente per-
volvi, eumque dignissimum censeo, qui publicam lucem aspiciat; cum nihil orthodoxæ fidei, nihil bonorum morum integritati contrarium contineat; quinimò sit ex optimorum Doctorum placitis, veluti ex variis floribus texta corona pulcherrima spirans; per quam suaviter, & salubriter ad veram, solidamque moralem doctrinæ cognitionem, & accuratam difficultatibus in difficultatibus ad praxim spectantium solutionem: præsertim verò illud hoc in opere maxime laudandum censeo, quod cum hodierna tempestate valde sit anceps, morales dissertationes pro dignitate conscribere, tum quod ea de re, *libros scribendi nullus sit finis*; tum vel maxime quod dimicent, plerumque ex utraque acie Scriptores; dum alii actum agentes communia, & vetera transcribunt, quin aliquid de suo addant; alii è contra nova, & cruda